<p><b>CIC 1352.</b> § 1. Si poena <i>vetet</i> recipere sacramenta vel sacramentalia, <i>vetitum</i> suspenditur, quamdiu reus in mortis periculo versatur.</p>	<p><b>Pascite 1352.</b> § 1. Si poena <b>prohibeat</b> recipere sacramenta vel sacramentalia, <b>prohibitio</b> suspenditur, quamdiu reus in mortis periculo versatur.</p>
<p>§ 2. Obligatio servandi poenam latae sententiae, quae neque declarata sit neque sit notoria in loco ubi delinquens versatur, eatenus ex toto vel ex parte suspenditur, quatenus reus eam servare nequeat sine periculo gravis scandali vel infamiae.</p>	<p>§ 2. Obligatio servandi poenam latae sententiae, quae neque declarata sit neque sit notoria in loco ubi delinquens versatur, eatenus ex toto vel ex parte suspenditur, quatenus reus eam servare nequeat sine periculo gravis scandali vel infamiae.</p>

<p>CIC 1353. Appellatio vel recursus a sententiis iudicibus vel a decretis, quae poenam quamlibet irrogent vel declarant, habent effectum suspensivum.</p>	<p>Pascite 1353. Appellatio vel recursus a sententiis iudicibus vel a decretis, quae poenam quamlibet irrogent vel declarant, habent effectum suspensivum.</p>
<p>CIC 1354. § 1. Praeter eos, qui in cann. 1355-1356 recensentur, omnes, qui a lege, quae poena munita est, dispensare possunt vel a pracepto poenam comminanti eximere, possunt etiam eam poenam remittere.</p>	<p>Pascite 1354. § 1. Praeter eos, qui in [Pascite] 1355-1356 recensentur, omnes, qui a lege, quae poena munita est, dispensare possunt vel a pracepto poenam comminanti eximere, possunt etiam eam poenam remittere.</p>
<p>§ 2. Potest praeterea lex vel praeceptum, poenam constituens, aliis quoque potestatem facere remittendi.</p>	<p>§ 2. Potest praeterea lex vel praeceptum, poenam constituens, aliis quoque potestatem facere remittendi.</p>
<p>§ 3. Si Apostolica Sedes poenae remissionem sibi vel aliis reservaverit, reservatio stricte est interpretanda.</p>	<p>§ 3. Si Apostolica Sedes poenae remissionem sibi vel aliis reservaverit, reservatio stricte est interpretanda.</p>
<p>CIC 1355. § 1. Poenam lege constitutam, <u>si sit irrogata vel declarata, remittere possunt</u>, dummodo non sit Apostolicae Sedi reservata:</p>	<p>Pascite 1355. § 1. Poenam lege constitutam, <b>quae sit ferendae sententiae</b> irrogata vel <b>latae sententiae declarata</b>, dummodo non sit Apostolicae Sedi reservata, <u>remittere possunt</u>:</p>
<p>1° Ordinarius, qui iudicium ad poenam irrogandam vel declarandam promovit vel decreto eam per se vel per alium irrogavit vel declaravit;</p>	<p>1° Ordinarius, qui iudicium ad poenam irrogandam vel declarandam promovit vel decreto eam per se vel per alium irrogavit vel declaravit;</p>
<p>2° Ordinarius loci in quo delinquens versatur, consulto tamen, nisi propter extraordinarias circumstantias impossibile sit, Ordinario, de quo sub n. 1.</p>	<p>2° Ordinarius loci in quo delinquens versatur, consulto tamen, nisi propter extraordinarias circumstantias impossibile sit, Ordinario, de quo sub n. 1.</p>
<p>§ 2. <u>Poenam latae sententiae nondum declaratam lege constitutam, si Sedi Apostolicae non sit reservata, potest</u></p>	<p>§ 2. <u>Poenam lege constitutam, quae sit latae sententiae nondum declarata et dummodo non sit Apostolicae Sedi reservata, remittere possunt</u>:</p>
<p>Ordinarius <u>remittere</u> suis subditis  et iis qui in ipsius territorio versantur vel ibi deliquerint,  et etiam quilibet Episcopus in actu tamen sacramentalis confessionis.</p>	<p>1° Ordinarius suis subditis;  2° <b>Ordinarius loci etiam</b> iis qui in ipsius territorio versantur vel ibi deliquerint;  3° quilibet Episcopus in actu tamen sacramentalis confessionis.</p>

CIC 1356. § 1. Poenam ferendae vel latae sententiae constitutam pracepto quod non sit ab Apostolica Sede latum, remittere possunt:

1° Ordinarius loci, in quo delinquens versatur;

2° *si poena sit irrogata vel declarata, etiam* Ordinarius qui iudicium ad poenam irrogandam vel declarandam promovit vel decreto eam per se vel per alium irrogavit vel declaravit.

§ 2. Antequam remissio fiat, consulendus est, nisi propter extraordinarias circumstantias impossibile sit, pracepti auctor.

CIC 1357. § 1. Firmis praescriptis cann. 508 et 976, censuram latae sententiae excommunicationis vel interdicti non declaratam confessarius remittere potest in foro interno sacramentali, si paenitenti durum sit in statu gravis peccati permanere per tempus necessarium ut Superior competens provideat.

§ 2. In remissione concedenda confessarius paenitenti onus iniungat recurrendi intra mensem sub poena reincidentiae ad Superiorem competentem vel ad sacerdotem facultate praeditum, et standi huius mandatis; interim imponat congruam paenitentiam et, quatenus urgeat, scandali et damni reparationem; recursus autem fieri potest etiam per confessarium, sine nominis mentione.

§ 3. Eodem onere recurrendi tenentur, *postquam convaluerint*, ii quibus ad normam can. 976 remissa est censura irrogata vel declarata vel Sedi Apostolicae reservata.

CIC 1358. § 1. Remissio censurae dari non potest nisi delinquenti qui a contumacia, ad normam can. 1347 § 2, recesserit; recedenti autem denegari nequit.

Pascite 1356. § 1. Poenam ferendae vel latae sententiae constitutam pracepto quod non sit ab Apostolica Sede latum, remittere possunt:

1° **pracepti auctor;**

2° Ordinarius qui iudicium ad poenam irrogandam vel declarandam promovit vel decreto eam per se vel per alium irrogavit vel declaravit;

3° Ordinarius loci, in quo delinquens versatur.

§ 2. Antequam remissio fiat, consulendus est, nisi propter extraordinarias circumstantias impossibile sit, pracepti auctor, **vel qui poenam irrogavit vel declaravit.**

Pascite 1357. § 1. Firmis praescriptis cann. 508 et 976, censuram latae sententiae excommunicationis vel interdicti non declaratam confessarius remittere potest in foro interno sacramentali, si paenitenti durum sit in statu gravis peccati permanere per tempus necessarium ut Superior competens provideat.

§ 2. In remissione concedenda confessarius paenitenti onus iniungat recurrendi intra mensem sub poena reincidentiae ad Superiorem competentem vel ad sacerdotem facultate praeditum, et standi huius mandatis; interim imponat congruam paenitentiam et, quatenus urgeat, scandali et damni reparationem; recursus autem fieri potest etiam per confessarium, sine nominis mentione.

§ 3. Eodem onere recurrendi tenentur, **cessante periculo**, ii quibus ad normam can. 976 remissa est censura irrogata vel declarata vel Sedi Apostolicae reservata.

Pascite 1358. § 1. Remissio censurae dari non potest nisi delinquenti qui a contumacia, ad normam [Pascite] 1347 § 2, recesserit; recedenti autem denegari nequit, **salvo praescripto can. 1361 § 4.**

<p>§ 2. Qui censuram remittit, potest ad normam can. 1348 providere vel etiam paenitentiam imponere.</p>	<p>§ 2. Qui censuram remittit, potest ad normam [Pascite] 1348 providere vel etiam paenitentiam imponere.</p>
<p>CIC 1359. Si quis pluribus poenis detineatur, remissio valet tantummodo pro poenis in ipsa expressis; generalis autem remissio omnes aufert poenas, iis exceptis quas in petitione reus mala fide reticuerit.</p>	<p>Pascite 1359. Si quis pluribus poenis detineatur, remissio valet tantummodo pro poenis in ipsa expressis; generalis autem remissio omnes aufert poenas, iis exceptis quas in petitione <b>delinquens</b> mala fide reticuerit.</p>
<p>CIC 1360. <u>Poenae remissio</u> metu gravi extorta irrita est.</p>	<p>Pascite 1360. <u>Remissio poenae</u> <b>vi aut</b> metu gravi <b>aut dolo</b> extorta <b>ipso iure</b> irrita est.</p>
<p>CIC 1361. § 1. Remissio dari potest etiam absenti vel sub condicione.</p>	<p>Pascite 1361. § 1. Remissio dari potest etiam absenti vel sub condicione.</p>
<p>§ 2. Remissio in foro externo detur scripto, nisi gravis causa aliud suadeat.</p>	<p>§ 2. Remissio in foro externo detur scripto, nisi gravis causa aliud suadeat.</p>
<p>§ 3. <u>Caveatur ne remissionis petitio</u> vel ipsa remissio divulgetur, nisi quatenus id vel utile sit ad rei famam tuendam vel necessarium ad scandalum reparandum.</p>	<p>§ 3. <u>Remissionis petitio</u> vel ipsa remissio <u>ne</u> divulgetur, nisi quatenus id vel utile sit ad rei famam tuendam vel necessarium ad scandalum reparandum.</p>
<p>CIC 1362. § 1. Actio criminalis praescriptione extinguitur triennio, nisi agatur:</p> <p>1° de delictis Congregationi pro Doctrina Fidei reservatis;</p>	<p>§ 4. <b>Remissio dari non debet donec, prudenti arbitrio Ordinarii, damnum forte illatum reus reparaverit; qui ad hanc reparationem vel restitutionem urgeri potest per unam ex poenis de quibus in [Pascite] 1336 §§ 2-4, quod valet etiam cum illi censura remittitur ad normam [Pascite] 1358 § 1.</b></p>
<p>CIC 1362. § 1. Actio criminalis praescriptione extinguitur triennio, nisi agatur:</p> <p>1° de delictis Congregationi pro Doctrina Fidei reservatis, <b>quae normis specialibus subiciuntur;</b></p>	<p>Pascite 1362. § 1. Actio criminalis praescriptione extinguitur triennio, nisi agatur:</p> <p>1° de delictis Congregationi pro Doctrina Fidei reservatis, <b>quae normis specialibus subiciuntur;</b></p>
<p>2° de actione ob delicta de quibus in cann. 1394, 1395, 1397, 1398, quae <b>quinquennio</b> praescribitur;</p>	<p>2° <b>firma praescriptio n. 1</b>, de actione ob delicta de quibus in [Pascite] 1376, 1377, 1378, 1393 § 1, 1394, 1395, 1397, 1398 § 2, quae <b>septennio</b> praescribitur, <b>vel de ea ob delicta de quibus in can. 1398 § 1, quae viginti annorum spatio praescribitur;</b></p>

<p>3° de delictis quae non sunt iure communi punita, si lex particularis alium praescriptionis terminum statuerit.</p> <p>§ 2. Praescriptio decurrit ex die quo delictum patratum est, vel, si delictum sit permanens vel habituale, ex die quo cessavit.</p>	<p>3° de delictis quae non sunt iure communi punita, si lex particularis alium praescriptionis terminum statuerit.</p> <p>§ 2. Praescriptio, <b>nisi aliud in lege statuatur</b>, decurrit ex die quo delictum patratum est, vel, si delictum sit permanens vel habituale, ex die quo cessavit.</p> <p>§ 3. <b>Reo ad normam can. 1723 citato vel modo praeviso in can. 1507 § 3, certiore facto de exhibitione accusationis libelli iuxta can. 1721 § 1, praescriptio actionis criminalis suspenditur per tres annos, quo termino elapo vel interrupta suspensione, cessationis processus poenalis causa, rursus currit tempus, quod adiungitur ad illud iam decursum pro praescriptione.</b> <b>Eadem suspensio pariter viget si, servato can. 1720 n. 1, ad poenam irrogandam vel declarandam per decretum extra iudicium procedatur.</b></p>
<p>CIC 1363. § 1. Si intra terminos de quibus in can. 1362, ex die quo sententia condemnatoria in rem iudicatam transierit computandos, non sit reo notificatum exsecutorium iudicis decretum de quo in can. 1651, actio ad poenam exsequendam praescriptione extinguitur.</p> <p>§ 2. Idem valet, servatis servandis, si poena per decretum extra iudicium irrogata sit.</p>	<p>Pascite 1363. § 1. Si intra terminos de quibus in [Pascite] 1362, ex die quo sententia condemnatoria in rem iudicatam transierit computandos, non sit reo notificatum exsecutorium iudicis decretum de quo in can. 1651, actio ad poenam exsequendam praescriptione extinguitur.</p> <p>§ 2. Idem valet, servatis servandis, si poena per decretum extra iudicium irrogata sit.</p>
<p>CIC 1364. § 1. Apostata a fide, haereticus vel schismaticus in excommunicationem latae sententiae incurrit, firmo praescripto can. 194 § 1 n. 2; <i>clericus praeterea potest</i> poenis, de quibus in can. 1336 § 1, nn. 1, 2, et 3, <u>puniri</u>.</p> <p>§ 2. Si diuturna contumacia vel scandali gravitas postulet, aliae poenae addi possunt, non excepta dimissione e statu clericali.</p>	<p>Pascite 1364. § 1. Apostata a fide, haereticus vel schismaticus in excommunicationem latae sententiae incurrit, firmo praescripto can. 194 § 1 n. 2; <i>praeterea poenis, de quibus in [Pascite] 1336 §§ 2-4, puniri potest.</i></p> <p>§ 2. Si diuturna contumacia vel scandali gravitas <b>id</b> postulet, aliae poenae addi possunt, non excepta dimissione e statu clericali.</p>
<p>CIC 1371. <i>Iusta poena puniatur.</i></p> <p>1° qui, praeter casum de quo in can. 1364 § 1, doctrinam a Romano Pontifice vel a Concilio Oecumenico damnatam docet vel doctrinam, de qua</p>	<p>Pascite 1365. Qui, praeter casum de quo in [Pascite] 1364 § 1, doctrinam a Romano Pontifice vel a Concilio Oecumenico damnatam docet vel doctrinam, de qua <b>in [Ad tuendam]</b></p>

<p>in can. 752, pertinaciter respuit, et ab Apostolica Sede vel ab Ordinario admonitus non retractat;</p>	<p><b>750 § 2, vel</b> in can. 752, pertinaciter respuit, et ab Apostolica Sede vel ab Ordinario admonitus non retractat, <b>censura puniatur et privatione officii; his sanctionibus aliae addi possunt de quibus in [Pascite] 1336 §§ 2-4.</b></p>
<p><b>CIC 1372.</b> Qui contra Romani Pontificis actum ad Concilium Oecumenicum vel ad Episcoporum collegium recurrit censura puniatur.</p>	<p><b>Pascite 1366.</b> Qui contra Romani Pontificis actum ad Concilium Oecumenicum vel ad Episcoporum collegium recurrit censura puniatur.</p>
<p><b>CIC 1366.</b> Parentes vel parentum locum tenentes, qui liberos in religione acatholica baptizandos vel educandos tradunt, censura aliave iusta poena puniantur.</p>	<p><b>Pascite 1367.</b> Parentes vel parentum locum tenentes, qui liberos in religione acatholica baptizandos vel educandos tradunt, censura aliave iusta poena puniantur.</p>
<p><b>CIC 1369.</b> Qui in publico spectaculo vel concione, vel in scripto publice evulgato, vel aliter instrumentis communicationis socialis utens, blasphemiam profert, aut bonos mores graviter laedit, aut in religionem vel Ecclesiam iniurias exprimit vel odium contemptumve excitat, iusta poena puniatur.</p>	<p><b>Pascite 1368.</b> Qui in publico spectaculo vel concione, vel in scripto publice evulgato, vel aliter instrumentis communicationis socialis utens, blasphemiam profert, aut bonos mores graviter laedit, aut in religionem vel Ecclesiam iniurias exprimit vel odium contemptumve excitat, iusta poena puniatur.</p>
<p><b>CIC 1376.</b> Qui rem sacram, mobilem vel immobilem, profanat, iusta poena puniatur.</p>	<p><b>Pascite 1369.</b> Qui rem sacram, mobilem vel immobilem, profanat iusta poena puniatur.</p>
<p><b>CIC 1370. § 1.</b> Qui vim physicam in Romanum Pontificem adhibet, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit, cui, si clericus sit, alia poena, non exclusa dimissione e statu clericali, pro delicti gravitate addi potest.</p>	<p><b>Pascite 1370. § 1.</b> Qui vim physicam in Romanum Pontificem adhibet, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit, cui, si clericus sit, alia poena, non exclusa dimissione e statu clericali, pro delicti gravitate addi potest.</p>
<p>§ 2. Qui id agit in eum qui episcopali charactere pollet, in interdictum latae sententiae et, si sit clericus, etiam in suspensionem latae sententiae incurrit.</p>	<p>§ 2. Qui id agit in eum qui episcopali charactere pollet, in interdictum latae sententiae et, si sit clericus, etiam in suspensionem latae sententiae incurrit.</p>
<p>§ 3. Qui vim physicam in clericum vel religiosum adhibet in fidei vel Ecclesiae vel ecclesiasticae potestatis vel ministerii contemptum, iusta poena puniatur.</p>	<p>§ 3. Qui vim physicam in clericum vel religiosum <b>vel alium christifidelem</b> adhibet in fidei vel Ecclesiae vel ecclesiasticae potestatis vel ministerii contemptum, iusta poena puniatur.</p>

[ CIC 1372.]

2° qui *aliter* Sedi Apostolicae, Ordinario, vel Superiori legitime praecipienti vel prohibenti non obtemperat, et post *monitum* in inoboedientia persistit. ....

CIC 1393. Qui obligationes sibi ex poena impositas violat, *iusta poena puniri potest.*

CIC 1368. Si quis, asserens vel promittens aliquid coram ecclesiastica auctoritate, periurium committit, iusta poena puniatur.

CIC 1375. Qui impediunt libertatem ministerii vel *electionis* vel potestatis ecclesiasticae aut legitimum bonorum *sacrorum aliorumve* ecclesiasticorum bonorum usum, aut perterrent *electorem* vel *electum* vel eum qui potestatem vel ministerium ecclesiasticum exercuit, *iusta poena puniri possunt.*

CIC 1373. Qui publice *aut subditorum* simultates vel odia adversus Sedem Apostolicam vel Ordinarium excitat propter aliquem *potestatis* vel *ministerii* ecclesiastici actum, aut *subditos* ad

Pascite 1371. § 1. Qui Sedi Apostolicae, Ordinario vel Superiori legitime praecipienti vel prohibenti non obtemperat, et post **monitionem** in inoboedientia persistit, **pro casus gravitate puniatur censura vel privatione officii vel aliis poenis de quibus in [Pascite] 1336 §§ 2-4.**

§ 2. Qui obligationes sibi ex poena impositas violat, **poenis de quibus in [Pascite] 1336 §§ 2-4, puniatur.**

§ 3. Si quis, asserens vel promittens aliquid coram ecclesiastica auctoritate, periurium committit, iusta poena puniatur.

§ 4. Qui **obligationem secreti pontificii servandi violat poenis de quibus in [Pascite] 1336 §§ 2-4, puniatur.**

§ 5. Qui non servaverit officium **exsequendi sententiam exexecutivam vel decretum poenale exexecutivum iusta poena puniatur, non exclusa censura.**

§ 6. Qui **communicare neglegit notitiam de delicto, cum ad id exsequendum lege canonica teneatur, puniatur ad normam [Pascite] 1336 §§ 2-4, adiunctis quoque aliis poenis pro delicti gravitate.**

Pascite 1372. **Puniantur ad normam [Pascite] 1336 §§ 2-4:**

1° qui impediunt libertatem ministerii vel **exercitium** potestatis ecclesiasticae aut legitimum **rerum sacrarum vel bonorum** ecclesiasticorum **usum**, aut perterrent eum qui potestatem vel ministerium ecclesiasticum exercuit;

2° **qui impediunt libertatem electionis aut perterrent electorem vel electum.**

Pascite 1373. Qui publice simultates vel odia adversus Sedem Apostolicam vel Ordinarium excitat propter aliquem **officii vel muneric** ecclesiastici actum, aut ad

<p>inoboedientiam in eos provocat, interdicto vel aliis iustis poenis puniatur.</p> <p><b>CIC 1374.</b> Qui nomen dat consociationi, quae contra Ecclesiam machinatur, iusta poena puniatur; qui autem eiusmodi consociationem promovet vel moderatur, interdicto puniatur.</p> <p><b>CIC 1381.</b> § 1. Quicumque officium ecclesiasticum usurpat, iusta poena puniatur.</p> <p>§ 2. Usurpationi aequiparatur illegitima, post privationem vel cessationem a munere, eiusdem retentio.</p> <p><b>CIC 1377.</b> Qui sine praescripta <u>licentia</u> bona ecclesiastica alienat, <i>iusta poena puniatur</i>.</p> <p><b>CIC 1386.</b> Qui quidvis donat vel pollicetur ut <i>quis</i>, munus in Ecclesia exercens, illegitime quid agat vel omittat, iusta poena puniatur; item qui ea dona vel pollicitationes acceptat.</p>	<p>inoboedientiam in eos provocat, interdicto vel aliis iustis poenis puniatur.</p> <p><b>Pascite 1374.</b> Qui nomen dat consociationi, quae contra Ecclesiam machinatur, iusta poena puniatur; qui autem eiusmodi consociationem promovet vel moderatur, interdicto puniatur.</p> <p><b>Pascite 1375.</b> § 1. Quicumque officium ecclesiasticum usurpat, iusta poena puniatur.</p> <p>§ 2. Usurpationi aequiparatur illegitima, post privationem vel cessationem a munere, eiusdem retentio.</p> <p><b>Pascite 1376. § 1. Poenis de quibus in [Pascite] 1336 §§ 2-4, puniatur, firma damnum reparandi obligatione:</b></p> <p><b>1° qui bona ecclesiastica subtrahit vel impedit ne eorundem fructus percipientur;</b></p> <p><b>2° qui sine praescripta consultatione, consensu vel <u>licentia</u> aut sine alio requisito iure ad validitatem vel ad licitatem imposito bona ecclesiastica alienat vel in ea actus administrationis exsequitur.</b></p> <p><b>§ 2. Iusta poena puniatur, non exclusa officii privatione, firma damnum reparandi obligatione:</b></p> <p><b>1° qui delictum de quo in § 1 n. 2, ex sua gravi culpa committit;</b></p> <p><b>2° qui aliter graviter neglegens in bonis ecclesiasticis administrandis repertus fuerit.</b></p> <p><b>Pascite 1377. § 1.</b> Qui quidvis donat vel pollicetur ut <b>aliquis officium vel</b> munus in Ecclesia exercens, illegitime quid agat vel omittat, iusta poena puniatur <b>ad normam [Pascite] 1336 §§ 2-4</b>; item qui ea dona vel pollicitationes acceptat <b>pro delicti gravitate puniatur, non exclusa officii privatione, firma damnum reparandi obligatione</b>.</p>
---	--

	<p><b>§ 2. Qui in officio vel munere exercendo stipem ultra definitam aut summas adiunctivas aut aliquid in sui utilitatem requirit, congruenti mulcta pecunaria vel aliis poenis, non exclusa officii privatione, puniatur, firma damnum reparandi obligatione.</b></p>
CIC 1389. § 1. Ecclesiastica potestate <i>vel munere abutens</i> pro actus vel omissionis gravitate puniatur, non exclusa <i>officii</i> privatione, <i>nisi in eum abusum iam poena sit lege vel praecepto constituta.</i>	Pascite 1378. § 1. <b>Qui, praeter casus iure iam praevisos</b> , ecclesiastica potestate, <b>officio vel munere abutitur</b> , pro actus vel omissionis gravitate puniatur, non exclusa <b>eorundem</b> privatione, <b>firma damnum reparandi obligatione.</b>
§ 2. Qui vero, ex culpabili neglegentia, ecclesiasticae potestatis vel <i>ministerii</i> vel muneris actum illegitime cum damno alieno ponit vel omittit, iusta poena puniatur.	§ 2. Qui vero, ex culpabili neglegentia, ecclesiasticae potestatis vel <b>officii</b> vel muneris actum illegitime cum damno alieno <b>vel scandalo</b> ponit vel omittit, iusta poena puniatur <b>ad normam [Pascite] 1336 §§ 2-4, firma damnum reparandi obligatione.</b>
[CIC 1378.] § 2. In poenam latae sententiae interdicti vel, si sit clericus, suspensionis incurrit:	Pascite 1379. § 1. In poenam latae sententiae interdicti vel, si clericus sit, <b>etiam</b> suspensionis incurrit:
1° qui ad ordinem sacerdotalem non promotus liturgicam eucharistici Sacrificii actionem attentat;	1° qui ad ordinem sacerdotalem non promotus liturgicam eucharistici Sacrificii actionem attentat;
2° qui, praeter casum de quo in § 1, cum sacramentalem absolutionem dare valide nequeat, eam impertire attentat, vel sacramentalem confessionem audit.	2° qui, praeter casum de quo in [Pascite] 1384, cum sacramentalem absolutionem dare valide nequeat, eam impertire attentat, vel sacramentalem confessionem audit.
§ 3. In casibus de quibus in § 2, pro delicti gravitate, aliae poenae, non exclusa excommunicatione, addi possunt.	§ 2. In casibus de quibus in § 1, pro delicti gravitate, aliae poenae, non exclusa excommunicatione, addi possunt.
	<p><b>§ 3. Tum qui sacrum ordinem mulieri conferre attentaverit, tum mulier quae sacrum ordinem recipere attentaverit, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit; clericus praeterea dimissione e statu clericali puniri potest.</b></p>

	<p><b>§ 4. Qui deliberate sacramentum administrat illis qui recipere prohibentur, puniatur suspensione, cui aliae poenae ex [Pascite] 1336 §§ 2-4, addi possunt.</b></p>
<p>CIC 1379. Qui, praeter casus de quibus in can. 1378, sacramentum se administrare simulat, iusta poena puniatur.</p>	<p><b>§ 5. Qui, praeter casus de quibus in §§ 1-4 et in can. 1384, sacramentum se administrare simulat, iusta poena puniatur.</b></p>
<p>CIC 1380. Qui per simoniam sacramentum celebrat vel recipit, interdicto vel suspensione puniatur.</p>	<p>Pascite 1380. Qui per simoniam sacramentum celebrat vel recipit, interdicto vel suspensione <b>vel poenis de quibus in [Pascite] 1336 §§ 2-4,</b> puniatur.</p>
<p>CIC 1365. Reus vetitae communicationis in sacris iusta poena puniatur.</p>	<p>Pascite 1381. Reus vetitae communicationis in sacris iusta poena puniatur.</p>
<p>CIC 1367. Qui species consecratas abicit aut in sacrilegum finem abducit vel retinet, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit; clericus praeterea alia poena, non exclusa dimissione e statu clericali, puniri potest.</p>	<p>Pascite 1382. <b>§ 1.</b> Qui species consecratas abicit aut in sacrilegum finem abducit vel retinet, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit; clericus praeterea alia poena, non exclusa dimissione e statu clericali, puniri potest.</p>
<p>CIC 1385. Qui quaestum illegitime facit ex Missae stipe, censura vel <i>alia iusta poena</i> puniatur.</p>	<p><b>§ 2. Reus consecrationis in sacrilegum finem unius materiae vel utriusque in eucharistica celebratione aut extra eam pro gravitate delicti puniatur non exclusa dimissione e statu clericali.</b></p>
<p>CIC 1378. § 1. Sacerdos qui contra praescriptum can. 977 agit, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit.</p>	<p>Pascite 1383. Qui quaestum illegitime facit ex Missae stipe, censura vel <b>poenis de quibus in [Pascite] 1336 §§ 2-4,</b> puniatur.</p>
<p>CIC 1387. Sacerdos, qui in actu vel occasione vel praetextu confessionis paenitentem ad peccatum contra sextum Decalogi praeceptum sollicitat, pro delicti gravitate, suspensione, prohibitionibus,</p>	<p>Pascite 1384. Sacerdos qui contra praescriptum can. 977 agit, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit.</p>
	<p>Pascite 1385. Sacerdos, qui in actu vel occasione vel praetextu confessionis paenitentem ad peccatum contra sextum Decalogi praeceptum sollicitat, pro delicti gravitate, suspensione, prohibitionibus,</p>

<p>privationibus puniatur, et in casibus gravioribus dimittatur e statu clericali.</p> <p><b>CIC 1388.</b> § 1. Confessarius, qui sacramentale sigillum directe violat, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit; qui vero indirecte tantum, pro delicti gravitate puniatur.</p> <p>§ 2. Interpres aliquis, de quibus in can. 983 § 2, qui secretum violent, iusta poena puniantur, non exclusa excommunicatione</p> <p><b>CIC 1382.</b> Episcopus qui sine pontificio mandato aliquem consecrat in Episcopum, itemque qui ab eo consecrationem recipit, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurront.</p> <p><b>CIC 1383.</b> Episcopus qui, contra praescriptum can. 1015, alienum subditum sine legitimis litteris dimissoriis ordinavit, prohibetur per annum ordinem conferre. Qui vero ordinationem recepit, est ipso facto a recepto ordine suspensus.</p> <p><b>CIC 1384.</b> Qui, praeter casus, de quibus in cann. 1378-1383, sacerdotale munus vel aliud sacrum ministerium illegitime exsequitur, iusta poena <i>puniari potest</i>.</p>	<p>privationibus puniatur, et in casibus gravioribus dimittatur e statu clericali.</p> <p><b>Pascite 1386.</b> § 1. Confessarius, qui sacramentale sigillum directe violat, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit; qui vero indirecte tantum, pro delicti gravitate puniatur.</p> <p>§ 2. Interpres aliquis, de quibus in can. 983 § 2, qui secretum violent, iusta poena puniantur, non exclusa excommunicatione.</p> <p><b>§ 3. Firmis praescriptis §§ 1 et 2, quicumque quovis technico instrumento captat aut in communicationis socialis mediis malitiose evulgat quae in sacramentali confessione, vera vel ficta, a confessario vel a paenitente dicuntur, pro gravitate delicti puniatur, non exclusa, si de clero agatur, dimissione e statu clericali.</b></p> <p><b>Pascite 1387.</b> Episcopus qui sine pontificio mandato aliquem consecrat in Episcopum, itemque qui ab eo consecrationem recipit, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurront.</p> <p><b>Pascite 1388.</b> § 1. Episcopus qui, contra praescriptum can. 1015, alienum subditum sine legitimis litteris dimissoriis ordinavit, prohibetur per annum ordinem conferre. Qui vero ordinationem recepit, est ipso facto a recepto ordine suspensus.</p> <p>§ 2. Qui ad sacros ordines accedit innodatus quadam censura vel irregularitate, voluntarie reticita, praeter id quod statuitur in can. 1044 § 2 n. 1, est ipso facto a recepto ordine suspensus.</p> <p><b>Pascite 1389.</b> Qui, praeter casus, de quibus in [Pascite] 1379-1388, sacerdotale munus vel aliud sacrum ministerium illegitime exsequitur, iusta poena <b>puniatur, non exclusa censura</b>.</p>
---	--

**CIC 1390.** § 1. Qui confessarium de delicto, de quo in can. 1387, apud ecclesiasticum Superiorum falso denuntiat, in interdictum latae sententiae incurrit et, si sit clericus, etiam in suspensionem.

§ 2. Qui aliam ecclesiastico Superiori calumniosam praebet delicti denuntiationem, vel aliter alterius bonam famam laedit, iusta poena, *non exclusa censura, puniri potest.*

§ 3. Calumniator potest cogi etiam ad congruam satisfactionem praestandam.

**CIC 1391.** *Iusta poena* pro delicti gravitate *puniri potest.*

1° qui ecclesiasticum documentum publicum falsum conficit, vel verum mutat, destruit, occultat, vel falso vel mutato utitur;

2° qui alio falso vel mutato documento utitur in re ecclesiastica;

3° qui in publico ecclesiastico documento falsum asserit.

**CIC 1392.** *Clerici vel religiosi* mercaturam vel negotiationem contra canonum praescripta exercentes pro delicti gravitate puniantur.

**Pascite 1390.** § 1. Qui confessarium de delicto, de quo in [Pascite] 1385, apud ecclesiasticum Superiorum falso denuntiat, in interdictum latae sententiae incurrit et, si clericus sit, etiam in suspensionem.

§ 2. Qui aliam ecclesiastico Superiori calumniosam praebet delicti denuntiationem, vel aliter alterius bonam famam **illegitime** laedit, iusta **poena puniatur ad normam [Pascite] 1336 §§ 2-4, cui praeterea censura addi potest.**

§ 3. Calumniator cogi debet etiam ad congruam satisfactionem praestandam.

**Pascite 1391. Poenis de quibus in [Pascite] 1336 §§ 2-4,** pro delicti gravitate **puniatur:**

1° qui ecclesiasticum documentum publicum falsum conficit, vel verum mutat, destruit, occultat, vel falso vel mutato utitur;

2° qui alio falso vel mutato documento utitur in re ecclesiastica;

3° qui in publico ecclesiastico documento falsum asserit.

**Pascite 1392. Clericus qui sacram ministerium voluntarie et illegitime relinquunt, per sex menses continuos, cum animo sese subducendi a competenti Ecclesiae auctoritate, pro delicti gravitate, suspensione vel etiam poenis in [Pascite] 1336 §§ 2-4, statutis puniatur, et in casibus gravioribus dimitti potest e statu clericali.**

**Pascite 1393. § 1. Clericus vel religiosus** mercaturam vel negotiationem contra canonum praescripta exercens pro delicti gravitate puniatur **poenis de quibus in [Pascite] 1336 §§ 2-4.**

§ 2. **Clericus vel religiosus qui, praeter casus iure iam praevisos, in re oeconomica delictum committit, vel graviter violat praescriptiones, quae in can. 285 § 4,**

	<p><b>recensentur, poenis de quibus in [Pascite] 1336 §§ 2-4, puniatur, firma damnum reparandi obligatione.</b></p>
<p>CIC 1394. § 1. <i>Firmo praescripto can. 194 § 1 n. 3,</i> clericus matrimonium, etiam civiliter tantum, attentans, in suspensionem latae sententiae incurrit; quod si monitus non resipuerit et scandalum dare perrexerit, gradatim privationibus ac vel etiam dimissione e statu clericali puniri potest.</p> <p>§ 2. Religiosus a votis perpetuis, qui non sit clericus, matrimonium etiam civiliter tantum attentans, in interdictum latae sententiae incurrit, firmo praescripto can. 694.</p>	<p>Pascite 1394. § 1. Clericus matrimonium, etiam civiliter tantum, attentans, in suspensionem latae sententiae incurrit, <b>firmis praescriptis cann. 194 § 1 n. 3, et 694 § 1 n. 2;</b> quod si monitus non resipuerit <b>vel</b> scandalum dare perrexerit, gradatim privationibus vel etiam dimissione e statu clericali puniri debet.</p> <p>§ 2. Religiosus a votis perpetuis, qui non sit clericus, matrimonium etiam civiliter tantum attentans, in interdictum latae sententiae incurrit, firmo praescripto can. 694 § 1 n. 2.</p>
<p>CIC 1395. § 1. Clericus concubinarius, praeter casum de quo in can. 1394, et clericus in alio peccato externo contra sextum Decalogi praeceptum cum scando permanens, suspensione puniantur, cui, persistente post monitionem delicto, aliae poenae gradatim addi possunt usque ad dimissionem e statu clericali.</p> <p>§ 2. Clericus qui aliter contra sextum Decalogi praeceptum deliquerit, si quidem delictum <i>vi vel minis vel publice vel cum minore infra aetatem sedecim annorum</i> patratum sit, iustis poenis puniatur, non exclusa, si casus ferat, dimissione e statu clericali.</p>	<p>Pascite 1395. § 1. Clericus concubinarius, praeter casum de quo in [Pascite] 1394, et clericus in alio peccato externo contra sextum Decalogi praeceptum cum scando permanens, suspensione puniantur, cui, persistente post monitionem delicto, aliae poenae gradatim addi possunt usque ad dimissionem e statu clericali.</p> <p>§ 2. Clericus qui aliter contra sextum Decalogi praeceptum deliquerit, si quidem delictum publice patratum sit, iustis poenis puniatur, non exclusa, si casus ferat, dimissione e statu clericali.</p> <p>§ 3. <b>Eadem poena de qua in § 2 puniatur clericus qui vi, minis vel abusu suaे auctoritatis delictum committit contra sextum Decalogi praeceptum aut aliquem cogit ad actus sexuales exsequendos vel subeundos.</b></p>
<p>CIC 1396. Qui graviter violat residentiae obligationem cui ratione ecclesiastici officii tenetur, iusta poena puniatur, non exclusa, post monitionem, officii privatione.</p>	<p>Pascite 1396. Qui graviter violat residentiae obligationem cui ratione ecclesiastici officii tenetur, iusta poena puniatur, non exclusa, post monitionem, officii privatione.</p>
<p>CIC 1397. Qui homicidium patrat, vel hominem vi aut fraude rapit vel detinet vel mutilat vel graviter vulnerat, <i>privationibus et</i></p>	<p>Pascite 1397. § 1. Qui homicidium patrat, vel hominem vi aut fraude rapit vel detinet vel mutilat vel graviter vulnerat, <b>poenis,</b></p>

<p><i>prohibitionibus</i>, de quibus in can. 1336, pro delicti gravitate puniatur; homicidium autem in personas de quibus in can. 1370, poenis ibi statutis punitur.</p> <p>CIC 1398. Qui abortum procurat, effectu secuto, in excommunicationem latae sententiae incurrit.</p>	<p>de quibus in [Pascite] 1336 §§ 2-4, pro delicti gravitate puniatur; homicidium autem in personas de quibus in [Pascite] 1370, poenis ibi <b>et etiam in § 3 huius canonis</b> statutis punitur.</p> <p>§ 2. Qui abortum procurat, effectu secuto, in excommunicationem latae sententiae incurrit.</p> <p><b>§ 3. Si de delictis agatur de quibus in hoc canone, in casibus gravioribus clericus reus dimittatur e statu clericali.</b></p> <p>Pascite 1398. <b>§ 1. Privatione officii et aliis iustis poenis, non exclusa dimissione e statu clericali, si casus id secumferat, puniatur clericus:</b></p> <p>1° qui delictum committit contra sextum Decalogi praeceptum cum minore vel cum persona quae habitualiter usum imperfectum rationis habet vel cui ius parem tutelam agnoscit;</p> <p>2° qui sibi devincit aut inducit minorem aut personam quae habitualiter usum imperfectum rationis habet aut eam cui ius parem tutelam agnoscit, ut pornographice sese ostendat vel exhibitiones pornographicas, sive veras sive simulatas, participet;</p> <p>3° qui contra bonos mores sibi comparat, detinet, exhibet vel divulgit, quovis modo et quolibet instrumento, imagines pornographicas minorum vel personarum quae habitualiter usum imperfectum rationis habent.</p> <p><b>§ 2. Sodalis instituti vitae consecratae vel societatis vitae apostolicae, et fidelis quilibet aliqua dignitate gaudens aut officio vel functione in Ecclesia fungens, si delictum committat de quo in § 1 vel in [Pascite] 1395 § 3, puniatur ad normam [Pascite] 1336 §§ 2-4, adiunctis quoque aliis poenis pro delicti gravitate.</b></p>
---	--

CIC 1399. Praeter casus hac vel aliis legibus statutos, divinae vel canonicae legis externa violatio tunc tantum potest iusta quidem poena puniri, cum specialis violationis gravitas punitionem postulat, et necessitas urget scandala praeveniendi vel reparandi.

Pascite 1399. Praeter casus hac vel aliis legibus statutos, divinae vel canonicae legis externa violatio tunc tantum potest iusta quidem poena puniri, cum specialis violationis gravitas punitionem postulat, et necessitas urget scandala praeveniendi vel reparandi.